



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118510**

§. 79. Palinodia Depensii Doctoris.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](#)

municatam sibi notitiam excepit, ac die- Sæcul. XVI.  
 bus aliquot postea ad S. Germani ca- A.C. 1543.  
 strum delatus Landrum adesse jussit, ut  
 ipsis eidem colloqui posset. Hic Regis  
 mandato perterritus vitæ periculum si-  
 bi imminere pertimescebat, vixque Re-  
 gis conspectum sustinens, pertinaciam  
 suam detestari videbatur; unde Fran-  
 ciscus Rex de illius responsis contentus  
 eundem Lutetiam Parisiorum redire jus-  
 sit, moxque Landrus die vigesima no-  
 na Aprilis ad Cathedralem Ecclesiam  
 ducebatur, ubi cuncta, quæ Ecclesiæ  
 Catholicæ doctrinis diffona reddide-  
 rat, revocavit.

## §. LXXIX.

*Palinodia Depensi Doctoris.*

**P**ariter quidam Theologiæ Doctor ex *Sleid. t. c.*  
*Argent. Coll.*  
*Collegio Navarrico nomine Clau-*  
*dius Depensius Catalauni natus suos*  
 *errores revocare compellebatur. Hic*  
*priusquam Doctoris laurea decoraretur,*  
*Universitatis Rector nominatus erat, ac*  
*postea a Cardinale Lotharingio, cui hu-*  
*jus Viri merita probe erant perspecta,*  
*ad suas ædes accersitus, ibidem Eccle-*  
*siae negotia sibi demandata utiliter ges-*  
*fit; nec tamen hoc munus adeo ejus so-*  
*lertia occupabat, quo minus suis ser-*  
*mo-*

Sæcul. XVI monibus vineam Domini excolere stu-  
A.C. 1543. deret, quamvis hæc ipsa exercitatio  
eidem non leves creasset molestias; cum enim hoc anno Domini millesimo  
quingentesimo quadragesimo tertio tem-  
pore jejunii verni in Ecclesia S. Merii,  
seu Mederici paulo liberius declama-  
set, ob quasdam propositiones, quas  
tum enuntiabat, ad Facultatem Theo-  
logicam deferebatur, ipse autem ejus-  
dem Facultatis consilium fecutus, die  
vigesima prima Junii, in quam dies do-  
minica inciderat, in eadem Ecclesia  
fermonem habuit, in quo quasdam  
propositiones partim temperabat, par-  
tim revocabat; nam jamjam Facultas  
in eum judicii acta instruere parabat,  
nec non sexdecim deputabat Commis-  
farios, qui testes exciperent, cum au-  
tem Parisiensis Ecclesiæ Pœnitentia-  
rius, nomine Marsurier, accusatum  
prius audiendum suaderet, ac pro eo  
deprecaretur, imo promitteret, quod  
ipsus Depensium adire, eumque eo  
inducere vellet, ut sine judicii strepi-  
tu clam revocaret, hinc annuente Fa-  
cultate Depensius modo mox recensi-  
to palinodiam cecinit.

§. LXXX.